

6.
GRATVLATIONES DVÆ
AD
ILLVSTREM
ET GENEROSVM DOMINVM
EDOVARDVM ZOVCHEVM BARO
NEM ANGLVM, CONSTANTINOPOLI
ALTORFVM REVERSVM,

SCRIPTÆ
à
MATTHIA BERGIO,
&
CONRADO RITTERSHVSIO.



ALTORFI,
TYPIS CHRISTOPHORI LOCHNERI,
ET IOHANNIS HOFMANNI, TYPOGRA-
phorum Academicorum.

ANNO MDLXX.



AD ILLVSTREM ET GENERO-
SVM DOMINVM EDOVWARDVM ZO-
CHÆVM, BARONEM ANGLVM, CONSTAN-
TINOPOLI ALTORFVM RE-
VERSVM.



*Ic, ubi post sævi superata pericula ponti
Applicuit portu navis onusta suo,
Plaudunt servatis per tot discrimina*

(nautis

*Nota cohors juvenum nota virumq; cohors:
Ut tibi nunc ad nos, generose EDOARDE, reverso
Vera omnes animis gaudia concipimus.
Omnes, sollicito qui nuper pectore euntem
Vidimus, Et gemitus cum lacrymis dedimus,
Multa via ancipitis discrimina prameditantes,
Et peregrinantes qua mala sæpè manent.
Cum tibi Bistonios, Turcarum habitacula, tractus
Tecta q; Byzanti cernere cura fuit.
Bistonios tractus, unde omnem territat orbem
Barbara, de Scythicis orta propago jugis.*

Vicinos

Vicinos olim prædari sueta: sed ipsi

Mox Asia sævum (turpe) minata jugum.
Jamque adeo sic aucta opibus, sic sorte secunda
Firmata, ut sceptris omnibus immineat.
Jam sic aucta opibus, populi ob scelera impia nostri,
Ut ferre nostras fulminet ante fores:
Dum nos cognatos in viscera vertimus enses
Nostra, ultroque malis cladibus irruimus.

AT tibi queso virum placidissime quis fuit
ardor

Immities sæva gentis adire domos?
Esse magis flammis contraria non potis unda est,
Nonolor à turpi tam procul accipit re;
Quam tua ab insanis Turcarum moribus absunt
Omnia, quos rerum non nisi sæva juvant.
Te contra mitemque animi vultuque serenum
Quodcumque immane est, quod rigidumque fugit.
Quis putet, in terris trucium ac feritate Getarum
Incolumem in paucos posse manere dies?
Gratia sit CHRISTO: tu post lustrata superba
Gentis ovans ad nos mœnia te recipis.
Et que dura tibi prius experiundo fuere,
Hæc tibi nunc salvo gaudia mille ferent.

A 2 Gaudi

Gaudia mille ferent, acti cum fortè laboris
Aerumnaq; animo commeminisse lubet:
Aut, inter proceres, aequales inter euntem,
Cum iuvat in variis visa referre locis.
Maacte bono hoc, EDOARDE, novo, de quo decus &
Multa tibi, donec vita superstes, erit. (laus
Nec tamen ex isto tantum tibi gloria parta est:
Qua boni ament illud plurima praeter habes.
Ille fugasq; suas tumidus denarret, iterque,
Per freta, per terras quod fuit, usque sonet,
Nil aliud cui virtutis, nil artis adeptum est,
Quo magnos inter magnus & ipse fuat.
Te virtus tua, te probitas, te gratia morum,
Eximium, quoquo verteris, esse facit.
Tempora tu studiis tribuis, tu tempora libris:
Tu magna historias sedulitate legis.
Tu, quicquid Sophiae veterum scripta inclita produnt
(Quod solida procerum nomina laude beat)
In fractus studio ingenti curaq; per agras:
Grande tuis titulis hoc decus esse putans.
Quam felix Europa fores, Germaniaq; ipsa
In primis, multos si tibi fata darent,
ZOVCHÆVS qualis, quem nobile nomen habentem
Nobilibus verè moribus esse iuvat.

ZOVCHÆVS qualis, vera pietatis amantem,
Quem longè à vulgi moribus esse iuvat.
Quid tibi nunc EDOARDE ego comprecere? Hoc pre-
cor, is, qui

Dona favens istac omnia contribuit,
Æternus pater & princeps, qui vita suorum est,
Ut det virtuti tempora longa tua.

Confirmet servetq³, in te qua contulit: olim
Ut patriæ possis utilis esse tua:

Huic regno, nostri quod virgo Semiramis ævi
Fortis Eližabethe fortiter usque tenet.

Ausoniis multum virgo metuenda cinedis:
Et turba, huic qua nunc militat ampla gregi.

Sed nihil hæc ad nos tennes vagrandia: nec nunc
In patriæ laudes tempus abire tua.

Majus opus, plectrisq³, aliis, alio ore sonandum,
Quàm qua vulgaris promere Musa potest.

Sis felix, EDOARDE, animoq³ & corpore saluus,
Quo te cunque loci fata benigna ferent.

Atque ut consueto claudatur linea verbo
Ultima, sive eris hic, sive alibi, usque Vale.

AL TORFI FACIEBAT 8 ID. AV-
GVSTI MATTHIAS BERGIUS,
ANNO MDIO XC.

A 3

DOMI-



DOMINO EDOVARDO ZOV-
CHEO BARONI ANGLLO, EX ITINERE
CONSTANTINOPOLITANO ALTORFIVM
REVERSO S. D.



AGNVM iter ad Thraces, & inhospita
litora Ponti
Confectum quando est tandem,
EDUARDE, tibi,
Nec te Turcorum furor hosticus hausit, & ensis,
Difficiles nec te perdomuere via:
Sed datur incolumi remeare ad Norica tecta,
Ob Sophia cultum qua tibi dulce sequi:
Anne vides ut cuncta tibi vident q³ favent q³?
Ut sunt in laudes cuncta diserta tuas?
Cernis, ut in campos portis effusa juventus
Plaudit, & unius pendet ab ore tuo?
Ore tuo, Charites quod forma vere benigna:
Ambrosius residet gratia tanta labris.
Cernis & Altorides ut te, tua gaudia, Nympha
Excipiant? illis ut quatiatur humus?
Sic equidem sperabam animo, rebar q³ futurum,
Cum ante annum accinctum vidimus ire viam:

Fre

Fre viam vario discrimine circumseptam,
Huc, quæ Byzanti mœnia celsa nitent.
(Ardua amat virtus, generosi & pectoris ardor:
Nec multum, ex facili palma parata iuvat.)
Tum quibus ominibus te præscia Musa secuta est,
Es memor: Eventu hæc nec caruere bono.
Vota probant Superi, precibus quæ faventia justis
Præstant fata, viri quæ petiere boni.
Nunc age sis dulces retine memorando sodales,
Fuit àm longinqua quæ tibi visa via.
Qualis visa tibi crudelis regia Turci,
Christicolis quondam regia culta viris:
Nunc CHRISTI (heu!) jurato hosti dominata Ty-
Castigat populum dum DEVS ipse suum. (ranno,
Ut lugere tibi loca florentissima visa, ac
Servitii tacite mœsta dolere jugum.
Ut tibi Pannonia tractus, ut pulchra Vienna
Visa, atque urbs Craco condita Sauromata.
Ut fuerit fortuna via, quæ tristia letis
Alternis varians miscuerit vicibus.
Quorum et si quadam gravia experiundo fuere,
Grata tamen fient commemorando tibi.
Nec major, credo, hæc aliis audire voluptas,
Quàm tibi sit casus volvere præteritos.

Hinc

Hinc decus exsurgat clarum tibi, gloria rara:
Inseret & summis te Bona Fama viris,
Externa quamvis ne utiquam laudis egentem;
Sat clarum ingenii dotibus & generis.
Dent, EDOARDE, tibi Superi quacunq; rogabis,
Florenti, virtus quis tua digna, bonis.
Et lata incolumem patrie fata reservent,
Quâ populos placidè virgo Britannaregit.

CUNRADVS RITTERSHVSIVS
BRVNSVICENSIS,

ALTORFII in Acad. Noriberg. Die VII.
Augusti, ANNO M D X C.

F I N I S.